



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Pudicitia illibata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

corporis: statura procera, virilis faciei dignitas; coma, quam pro more gentis, modicè promittebat, nigricans, vix extrema senecta canis aspersa; barba ex subnigro rufescens: oculi, tametsi alter absque fœditate laborabat, ad ultimum usq; immē-
sæ illi lectioni pares. Ceterum viri industriæ, di-
ctis, aliisq; rerum agendarum adminiculis præci-
puum dabat robur, ac pondus autoritas vitæ. Ni-
hil in eo, quod ex merito vituperaret aduersarius,
nihil quod desideraret auditor, inueniebat. Illi-
batus erat corporis pudor, ac mentis; & quædam
ex toto habitu in veneranda seueri dignitate viri
virginalis sanctitas emicabat. Quo in genere vide-
batur extra commune naturæ vitium positus, ac
ne scire potius hostem, quam vincere, cum tamē
nunquam excubias, custodiamq; acrem remitte-
ret, nūquam arma poneret. Cibi perparcus, som-
nique, ac plerunq; cum inediæ, tum vigiliarum,
itemq; ciliciorum, ac flagrorū immodicus. Itaq;
sæpe ad Generales Prepositos ut nimium se se his,
aliisq; ærumnis macerans, & discrucians delatus
est; & ab iis de modo adhibendo commonefactus:
& tandem cum Rectore, apud quem versaretur,
communicare, quæ faceret, atq; eius consilia au-
Pudicitia illi-
bata.
Vita durities.

t dire

